

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodorij Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestam nerezum M. Teti a fena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelinii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolpho Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuleti M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistrum autum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Dehortatio a Catemnijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Gualtero
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Strenis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Nicolai May.



Quod fortunatum, felix, sit & utile Sponsis!

Juveni

ORNATISSIMO

DN. ABRAHAMO

CREMERO JUNIORI

Scholæ Servestanæ Collegæ

Et

Virgini

Leetissimæ Pudicissimæq;

ELISABETHÆ

Viri Rever. & Humaniss.

Dn. JOHANNIS MUTII SENIORIS

Pastoris Strinimensis &c. Filia,

Florentissimo

SPONSORUM PARI

benè precantur

Fautores, Amici & adfines
honorandi.

Ἐγὼδίστην.

OCTobris bisqVinta Dies niter æthere & Vna:

Intrat & AbraMI VIRgo perita toros.

M. J. C.

SERVESTÆ

Typis Dörfferianis.

MDCXVIII
IIII

Quod fortunatum, felix sit & utile sponte!

Inveni

ORNATISSIMO

DR. ABRAHAMO

CREMERO JUNIORI

Scholar. servit. Colleg.

in

Virgini

Lectionis Publicae

EDIS ABRETHE

in Rector. & Humanis

DR. JOHANNIS MUTII SENIORIS

Pastoris Seminantis & Filii

Florentissimo

SPONSORUM PARI

bono precantur

Inter. Amic. & affines

honorandi.

Reverendissimi

Georgio Petro Duce n. r. & h. r. & Vna:

Janne & Petro Vignobertis

M. J. C.

SERVESTE

Typis Dörlmannis.

Votum nuptiale

DN. ABRAHAMO CREMERO JUNIORI,
Scholæ Servestanæ Collegæ:

Scriptum à

Martino Fuselio, S. Theologiae
Doctore &c.



*Uam benè conveniunt sanctorum sancta
parentum*

Semina! quàm grata est hac oꝝyia DEO!

Ista DEI dum vos ornat benedictio, Patres,

Gaudete, & grates ferte, referte DEO.

Vestri sic uteri conjungi pignora, Matres,

Gaudete & grates ferte, referte DEO.

Gaudete & Sponsi; generis primordia vestri

Dum legitis, Psalmi commeminis se juvet:

Antè puer, planè, nunc grandis, nulla notavi

Signa, Deum justum deseruisse suum:

Nec quod is æternùm fatis sit pressus iniquis;

Visaq; sit parvæ stirps stipis æra petens.

Largus opum est, sortemq; suam dat egentibus

Ampla tamè generi res superesse solet. (usu:

A 2 Linque



Linque nefas, & fas sequere, & fors fixa mane-
Fas amat, & tales eye hit ipse DEUS. (bit:
Elizabetha tuum vero complectitor igne
Abramum: thalami hac vera salus fuerit:
Tuq; Abrame tuam complectitor Elizabetham
Ignesacro: sacer & dives Abramus eris.
Aurea pax thalamum firmabit semine sancto,
Et dives mensam cinget oliva tuam.

A L I U D.

Duo CREMERI, quâ Pater, quâ Filius,
Utrumq; postulant suis in literis:
MENCELIUS salvus suâ cum cōjuge
Ad nuptiale ut advolet libens sacrum,
Novisq; versibus novellos Conjuges
Exornet: optatusq; sit Collegio.
Utrumq; utrosq; condeceret hercule!
Parem mihiq; sic referre gratiam,
Nunquam venire posset aliud gratius.

Duri

Duri sed heu necessitas Fati impedit!
Febrilis ignis, qui me adurit acriter,
Duoq; vix, simul bis quinq;, absolvere
Dignatur horis: Iste me cum Coniuge,
Solennibus vestris, novi Sponsi, abstrahit.
Quod ergò præsens, febre tostus, haut queo,
Conabor absens Jambico poemate,
Sortem Poetæ quod ferat, preces meas,
Votaq; meorum dando Sponsis candida.

Mens sana sano semper adsit corpori:
Dies jugatas ulla nec Discordia
Perturbet; alma sed regat Concordia.
Tori feracis sunt vobis pignora,
Quæ Matris indolem & Patris præ se ferant,
Multasq; post generationes impleant.
Cumæa secla juncti amanter vivite:
Rebus gerendis, tristiore aut tempore,
Constanter & fideliter juvamine
Vos invicem levetis absq; tædio.
Precationes arduæ, instar clavium,
sint usui vobis, poli queis januam,

A 3 Refe-



Referetis, & DEI favorem, gratiam
Læti impetretis, fausta cuncta, & prospera.
Hæc summa voti, ex intimis præcordiis
Quod fluxit, esto: pondus ast Ipsissimus
Auctor jugalis addat oro fœderis.

Ægrâ manu scripsit

M. Joachimus Mencilus
Ecclesiastes Electoralis.

ALIUD.

Arduum opus tentas, doctissime Sponse, sacra-
ti (paras.

Dum thalami hoc misero tempore festa
Cuncta crepant etenim, minitantur cuncta ruinã,
Nec mundo in toto mica salutis adest.

Teutoniã invadunt ex partibus omnibus hostes,
Teutonia exhausta est, viribus, arte, viris.
Omnia quin etiam venalia pluris emuntur,
Non auro expleri pectora avara queunt.

Et

Et si cui numinis contingeret arca referta,
Et tot, quot Midam Regem habuisse ferunt,
Æris at, infandum, quodcunq; numisma probati
Sumere detrectat religiosa cohors:
Ut qui jam valuit nummus, post Vileam fidem,
Unus hic atq; uno stetq; cadatq; die.
O miseram sortem, quam si mutare laboret,
Non posset, summis viribus usa Salus.
His quoq; sponsorū anguntur pia corda novorum
Innumerisq; aliis sollicitudinibus.
Ut multi, heu! vellent, tanto in discrimine rerum
Fœdera legitimi non subiis se tori.
Et tibi cordolum dubio procul illa moverent,
Ex sacris scires in meliora libris.
Hæ sanctè affirmant, quod piis, qui pectore toto
Numen, & illius Jussa severa colunt,
Nulla petendarum unquam deërit copia rerum,
Nec quas hæc præsens vita requirit opes.
Ergo pius cum sis, pie Sponse, piam & tibi jungas
Sponsam, prognatam matre pioq; patre,
Nil te deficiet, nullorum eris indigus, atq;
Te sinet haud ullis rebus egere D E U S.

Qui

Qui pius est, Christi incipiēs in nomine cuncta,
Huic malè nō semper sed benè semper erit.

Collegę amicis.

acclamab.

M. Martinus Cramerus.

A L I U D.

Nullus tibi jam-nunc pede impari SPONSO
Largè canendo sum, ardua est mihi causa.

Ipse ergo quod feci, fac atq; tu, salva est

Restota. Duxi Virginem, tulit primum

Natale tædis sidus ultimus Junii,

Propterq; dormivi & subinde non-propter,

Phæbæq; cornu menstruæ resurgente

Quinto orbe bis suprave sum recens natô

Pulcrô mihi Flemingulô Pater factus.

Tenen, quid ardui sit id poetari

Quod fortè amicis me meis vetet multum?

CUNÆ MOVENDÆ. at claudica heic mihi

Joci dedisti jam nimis MALIS, vix sat (Scazon,

BONIS, fac inquam, sis, idem, fac actutum

Abra.

Abrame, ab hac re tū merus propagatur
Ramus, tuæ multusq; sarculus stirpi.

Sed fac periculum, periculi nil est,
Videbis oh! quàm suave sit PATRIS NOMEN.

Ex suo Doffanò

Joachimus Flemingus.

EJUSDEM J. F.

AD thalami sum festa tui sat amiciter vocatus
Abrame, Candidate nuptiarum.
Posse venire quidem est vorum calidum, sed occu-
Sors muneris me publici moratur: (patum
Insuper in luctu jam vivo miserrimus, Sororis
Flens funus in nuptæ recens humatum.
Hosce pios fletus tamen inter, & improbos Sholai
Datæ labores pauca Græca feci.
Tu subjuncta meis Scazontibus adplicare nôris,
Quos nempe præmissos diu reservas.
Fortiter interea exordire virum. Sed heicce calcar
Novella subdet Sponsa, me tacente.

A

T. 175

Τίπτε δὲ δυτυχίης χειμῶνι γαμήλια πέμψεις
 ὄρεα, παρθενικῆ θερμὸς ἔρωτ' ὄλθ'·
 Πανταχόθεν κυλλοὶ ἡμέας μάλα δφνά, Φιλαίμων
 Μῆδ' ἀπλῶ χαλεπὸν θῆκε τὸ ἔργον ἄρης.
 Ἐσίαν ἐκ τῆκ' αἴξ' εἶδ' α, ἄδυσεμὸς
 Οἴκοθι δτι μέγας, δτι θυρηφί μέγας.
 Δῆτα διδασκέμεναι πᾶσα δείγματι βύλας αὐτὸς
 ὦδ', αἰεὶ ἐλπίδα δεῖν ἐν θεῶ ἄμμε ἔχθ'·
 Νηλεὶ γδ λιμῶ μήπω φθινύθσκε δ' καιθ
 Καὶ θάν', ὄλθ' ῥριζὸν μηδέ' ὀλέσθ' ἄρης.
 Ἀλλὰ καὶ εἰδὲ τύχης ἀπ' ἀνῆς, θεῶ ἀτὰρ βασιλῆθ
 Γίνεαι, ἢ νύμθη σείο νέη τε γυνή.
 Αἰπὸς δτι γάμων γδ ἄ αὐτὸς, ὅκ' ἀνδ' εἰ μὴ
 Εἰσέρχεθ' ἔταρον κέρε ἀνῆς· λέχθ'.
 Τίς περὶ συζυγίης ἀγαθὸίθεται πάντα σεαυτῆ
 Οὐκ ἄρα ἐλπίθ' η, καλὲ ἄπαντα ἀνέρ;
 Δηρὸν εὐζώθ' μὲν ἐγὼ σοι ἐπ' ὄχομαι ἀγνῆ
 Σὺν νύμθ' η, καὶ ὄρα ἡελίοιο φάθ',
 Εὐχολὴν ποίησας ἐμῶς, οἰκλιζέμεν ἡμέων
 Οἰζυρῶ ἐθέλη ἐν χροθῶ ὄφρα θεός.

A L I U D.

UXorem duxi; duxi infeliciter illo
 Federis à puncto nil nisi luctus eram.
 Vix etenim cœpi è thalamo prodire maritus,
 Cùm viduum lectum sternere Parca iubet.
 O vanos hominum nifus! frustra nea vota!
 Heu! qua non ludit spe fugitivus amor!

Hinc

Hinc inter luctum vix vita precaria Musis
Est, nec consuetam vena ministrat opem.
Nec tamen in tantum dolor hic arctaverit artem,
Quò minùs adplaudam, Spòse novelle tibi,
*Vive diu felix, propensi vincere pergas
Vota, ac infesti pectoris invidiam.*

Ita voveb.

Martinus Milagius.

A L I U D.

Parodia

Ad lib. I. Od. IX. Horatii
scripta.

Vides, ut ornentserta tuum caput,
CREMERE, nec jam sustineant torù
Curæ Scholares, conjugalem hac
Lux tibi constituit puellam.
Persolve grates, in patinam anseres
Repone, tostos ritè super foco:

B 2

Beni-

*Benigniusque prome Rhenanum,
O neonymphe, merum lagenâ.*

Committe Divis cetera calicis,

Qui depulerunt tempore quolibet

Curas sequaces: nec maritæ

ELISABETH metuantur arma.

Quid post agendum sit tibi, dicere

Libet: maritam, quam tibi fors dedit,

Amato: nec dulces amores,

Sperne ABRAHAM, neq; tu choreas.

Dum res & etas, filâq; dum trium

Sinunt sororum: concipe gaudium

Nunc cum novâ tuâ maritâ,

Composita & repetatur horâ.

Nunc & modestæ proditor infimo

Sponse jocosus lusus in angulo,

Osculumque direptum labellis

In facie bene pertinaci.

M. Paulo Natovio
Servestano.

Fratri-

Fratri-Sponso sal.

DUm simili de stirpe satam tibi jungis amico
Fœdere connubii, pòl sapienter agis.

Nam qui sublimi inferior de sanguine natam
Ambit, & illultri gaudet ovatq; toro:

Non ille Ad fines placidos, facilemve Maritam,
Sed Dominam, Dominos accipietq; truces.

Quid verò? Ruri placet enutrita? nec audis
Crimina, quæ rabido Livor ab ore jactat?

Carmina quæ condit famã allatrantia, spernis,
Et finis immundi sorde perire fimi?

Hercle bonũ factũ! quod vel sapiente probarũt
Consilio, qui nos antè fuere, sopheri.

Præstat enim ruri nutritam inquirere Spõsam,
Connubio stabili jungere Eamq; sibi:

Quam morũ probitas illustrat, quamq; pudoris
Laus decorat, Pietas conciliatq; proci:

Quæq; itidem varios novit tolerare labores,
Ingentiq; operã, quod facit, urget opus;

Et quæ non renuit, fuerit si forte necesse,
Fontem ferre, focos instruere apta domi.

B 3

Fæmi-

Fæmineas assueta colus, operasq; Minervæ,
Et minus ad vetitos ingeniosa jocos:
Nam quæ non-patiens freni, fugitansq; laboris,
Hoc agit, ut placeat frontis honore Viro:
Semper & exertat bipatentibus ora fenestris,
Ignavo condens brackia lenta sinu,
Potinam devota tamen veneratur, Edusamq;
Et Venerem, cultrix luxuriosa nimis:
Quis, nisi mētis inops, socio sibi foedere jungat
Talem? quis thalamo damna parata velit?

M. Johannes Cremerus
Silesius.

ALIUD.

EVge forū placuit tibi nunc mutasse, CREME-
Et Veneri merces explicuisse tuas, (RE,
Mercurio invito? Sic nec, cui Mercurialis
Sorpta saliva, lubens hæc tua facta probat.
Invidet & lucrum, capitis, quod, Virgo pudici
Indultu Veneris, sola dicata Tibi.

Lucrum

Lucrum laudo tuum, subvo praestantius aere
Conciso in titulos & minimas facies.

Huic inbiat frugum dominus piperisq; coemptor:

Lucra tibi sordent mortua, viva placent.


Cautè mercatus, pergas, precor: est labor omnis

Cum sociâ levior, nec malè cedit opus:

Accineb. gratulabundus

Christoph. Bahrenreuter

Bahrenburgo-Anhaltinus.



Quid vos, quæso, proci teneras ambire puellas,
Quid de conjugio sollicitare juvat;
Postq; ubi vel fallax aliò pellexerit umbra
Formæ, vel fulvi splendida massa luti,
Excussa è sibris primâ pietate, nefandâ
Frangere juratam cum levitate fidem?
Siccine vos umbræ miseros vesana libido
Fascinat, aut rutili gleba caduca luti?
Siccine perfidiam ludum esse putatis inanem,
Aut lucri specie contemnerare fidem?
Non tibi sic, fucum Sponse ô fumumve puellis
Hactenus infelix vendere cura fuit:
Sed postquam accessit ta dis maturior ætas,
Et posuit fixate in statione D L U S,

Elegis,



Eligis, electam post ambis ritè puellam;
Ambitâq; hilari fronte potitus ovas;
Et tibi connubio stabili conjungis amâsq;
Nuptam plus oculis, docte CREMERE, tuis.
Hæc genuina fides & amor; quem larga bonorum
Subsequitur, JHOVA suppeditante, leges.
Hanc ego, Par nuptum sociabile, cõprecòr unam
Conjugio vestro perpetuamq; fidem:
Sed sanam reliquis mentem, queis cura laborq; est
Fallere virgineum fraude doloq; genus:
Ne quo illud fallunt rursus fallantur ab astu;
Quæ solet à tergo debita pœna sequi.

*Rudi minerva, sed candida
mente effundebat*

Adamus Francus Freistad. Sil.

GAudia dũ thalami celebras, carissime Frater,
Grata facis Jovæ, qui dirigit omnia nutu,
Et qui sancivit socialia fœdera lecti.
Gratulor ergò tibi, summũ precor atq; Jehovam,
Muniat ut lectum tranquillâ pace jugalem,
Vivere concedat vobis & longius ævum,
Tandemq; in superi vos transferat atria cœli.

*Fridericus Cremerus Sil-
fius Sponsi Frater.*

F I N I S.

Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14

24 VD 17

10. Aug.
Jul. 01

M







Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

utile Sponsis!
AMO
HAMO
NIORI
Collegæ
maꝛq;
THÆ
manifs.
I SENIORIS
&c. Filia,
PARI
here & Vna:
ra toros.
M. J. C.
nis.
MDCXVIIII
1711